UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Bartolvs A Saxo Ferrato In primam Codicis Partem

Bartolus

Lugduni, 1567

Arbbitrium tutelæ.

urn:nbn:de:hbz:466:1-96119

Visual Library

Si contra matris voluntatem tutoꝛ datus ſit. Rub. XLVII.

LEX VNICA.

SI contra matris. Ex eo qđ quis creatus ſit tutoꝛ contra matris voluntatem, poterit remoueri. h.d.

Vt cauſæ poſt puber. adſit tutor. Rub. XLVIII.

LEX VNICA.

TVtoꝛes. Cauſe iam cepte debet adeſſe tutoꝛ etiã poſt tutelam finitam ante rationem, ⁊ inſtrumenta reddita. h.d.

Vbi pupilli educari debeant. Rub. XLIX.

LEX I.

EDucatio. [a] Pupillus educandus eſt apud matrem ad ſecunda vota non trãſeuntem, ⁊ quando de hoc eſt contentio, iudicis determinetur arbitrio, ⁊ onus alimentandi pupillum eſt neceſſarium. hoc dicit.

ADDITIO.

ALEX. ¶ Educati. Vide gl. in c. j. de conuer. infid. facit gl. in c. cum haberet. de eo qui duxit in matri. quam polluit. hic per Jo. de Bel.

LEX II.

VTrum nepos. [a] Vbi pupillus educetur, eſt iudicis arbitrio, ⁊ de eo qui debet pupillo ſuccedere, eſt iuſta ſuſpicio.

ADDITIO.

P. PAV. P. ¶ Vtrum nepos. In iſta materia, penes quem pupillus ali debeat, vide Bal. conſi. cccclxxxvij. in v. parte. vbi libere loquitur. Vide Pau. conſi. ccliij. ad fi. ⁊ eundem in l. ſi paterno. circa fi. C. de neg. geſt. Et quod interdum pupillus poteſt dimitti penes vitricum quando mater tranſiuit ad ſecũda vota ſi ſit perſona honeſta ⁊ probate fidei licet in dubio videatur preſumptio contra eũ vide in materia Bar. in q. xvj. inci. queritur vtrum iudex. vbi examinaut an ſponſa pupilla poſſit, ⁊ debeat ali penes ſponſum, ⁊ quando debeat penes matrem, vide do. Benedictum Peruſ. in conſil. lxxij. De vitrico quod apud eum ali non debeat, vide Spec. tit. de tutoꝛe. §. nunc dicendum. Bar. in l. nonnunquam. ff. de adop. Itez quãdo queſtio eſt apud quem ſtari debeat, vbi interim deponi debeat. ⁊ quod omnia iſta ſint ſatis arbitraria iudici. vide Alexã. in conſi. clxj. in vj. vol. Item quod non ſit educandum apud illum qui ſuccederet ſibi ⁊ ponderãdum ſit an ſit perſona ſuſpecta, ponit gl. in c. grandi. in verbo. item. de ſupple. negli. prelat. in vj. Pau. conſil. ... in fi. Vide Coꝛ. conſi. cxcviij. in j. parte. Et de ſubſtitutione, ... ſucceſſione, vide Soc. conſi. cxciij. in ſecũdo dub. Et vbi affines ... eſſent ſuſpecti iudex eligit extraneum, vide Albe. de Roſa. ... §. Julianus. ff. de li. exhib. Itẽ quod illud, quod dicitur hic in pupillo, locum habeat in furioſo, ⁊ mente capto, vide gl. in c. grandi in verbo fratrem. de ſupplen. negli. prelat. in vj. Vide Cardin. in Clem. j. de homicid. in j. notab. quod veniẽs ab inteſtato debeat cuſtodire furioſum quod videtur contra tex. in l. ij. huius tituli. Itez quod licet ſubſtitutus poſſit decerni tutoꝛ pupilli, apud eum non debet educari vide Bar. in l. amiciſſimos. in prin. ff. de excuſ. tu. Vide tex. in l. j. ff. vbi pupil. edu. deb. in prin. vbi etiam Bar. ⁊ alij. Poſſet tamen ſubſtitutus eſſe adeo legalis, quod apud eum educaret. vide Pau. de Ca. conſi. cccliiij. ad finem. Sequitur Soc. in d. conſi. cxciij. Et iſte titulus loquitur mortuo patre, vt per Alex. in l. fin. ff. ... An autem debeat educari penes eum vel matrem, vide in l. j. ... C. ... fac. apud quem, ⁊c. vide tex. in l. ſi. de conuer. in fi. circa ... exemplum vbi non debeat educari penes patrem ſi ſit ſuſpect9, vide ... §. j. ff. de lib. exhib.

De alimentis pupil. preſtan. Rub. L.

LEX I.

PVpillus. Tutoꝛ debet pupillo alimenta preſtare, ⁊ ſi negligat, poteſt cogi, etiã ſi queſtio ſtatus pendeat. h.d.

LEX II.

[b] Tutoꝛ an teneatur dare copiam inuẽtarij aduerſario pupilli.

QVod plerunque. [a*] Alimenta ſi a iudice taxata non ſunt, tamen idonee facta a tutoꝛe imputantur pupillo ⁊ in dubio preſumitur pupillus alitus a tutoꝛe, h.d. hec bona ⁊ nota. lex. Di-
1 co ꝙ tu notes iſtã l. primo cõſilium eſt † quod quis faciat taxari alimenta preſtanda pupillo, ne poſtea de hoc incidat in controuerſiã
2 ¶ Secundo nota † quod intereſt pupilli ne ſecreta ſui patrimonij pandantur, quod nota ⁊ tene menti. Quod eſt multum vtile ad q.
3 † vtrum tutoꝛ agens vel defendens debeat facere aduerſario copiã
b inuentarij. [b] Et videtur quod ſic, quia ſi non facit inuentarium nõ poteſt agere, vel defendere, j. ti. proxi. l. fi. §. de admi. tutoꝛ. In cõtrarium videtur hec l. quia non debet pãdere alteri ſecreta patrimonij pupilli, vt hic. ⁊ j. quando ⁊ quib. quarta pars debe. l. ij. lib. x. Breuiter alias dixi. Et dico quod debeat dari copia inuentarij, quatenus ſufficit parti, vt per hoc ſibi ſit cautum, ⁊ ille habeat legitimam ſtandi in iudicio Dabitur ergo ſibi copia inuentarij, ⁊ omittetur opponi in copia res ex precepto iudicis totum aliud parti dabitur, vt arg. huius. l. ⁊ de eden. l. argentarius. §. j. ⁊ l. j. §. ti. j. i fi.

ADDITIONES.

a ALEX. ¶ Quod plerunq₃. Et hunc tex. no. alleg. Bar. in l. antepe. ff. de cond. ⁊ dem. P. PAV. P. ¶ Quod plerunq₃. Circa materiã legis huius, vide Comen. conſi. lxxxvij. inci. caſus talis eſt, circa medium vſq₃ ad finem. vbi tamen vult quod opere pupilli, ſi que ſunt debeant compenſari cum alimentis ⁊ quod illud habeat locum ẽt in patrono, quia nõ preſumitur alere de ſuo ſi pupillus habeat in bonis, ⁊c. ⁊ alimenta in pupillo ⁊ quolibet alio preſtanda ſunt ſecũdum facultatẽ ⁊ proportionem fructuum ⁊ qualitatem perſone. Vide Coꝛſetum in c. grandi. no. ibi ſecundum quod dicit de ſupplẽ. negligen. prela. ⁊ ibi etiã dicit quod taliter debeat preſtari, vt aliquid ſemper in fine anni ſuperſit, non vt omnia cõſumantur. Et de reditibus, vide etiam que ſcripſi in l. qui bonis. ff. de ceſſ. bonoꝛum.

* CLAV. DE SEISS. ¶ Vide quod per hanc l. dicit Barto. in l. cum ſeruus. ff. de ver. obli. ⁊ alij ibi.

b ALEX. ¶ Copiam inuentarij. Adde Bar. in l. j. ff. de cur. bo. dan. ⁊ clarius in d. l. ij. quando ⁊ quib. quarta pars debe. ⁊ videtur velle per hunc tex. quod tutoꝛ excuſetur facere inuentarium, ſi inutile erit pupillo pandere ſecreta patrimonij, ſecundum Ang. in l. ſi vacantia. de bo. vacan. li. x. ⁊ Bart. in l. tutoꝛ qui repertoꝛium. de admi. tut.

Arbitrium tutelæ. Rub. LI.

LEX I.

a **CVm tutele.** [a] Verba enũciatiua teſtatoꝛis alteri, quã heredi non poſſunt eſſe damnoſa. h.d.

ADDITIO.

a ¶ Cum tutele. De materia huius legis vide late Paul. de Caſt. conſi. ccclxix.

LEX II.

2 ☞ Facta in quibus requiritur ſumptus, preſumuntur facta per eum, qui debebat facere.

a **NOmina.** [a] In exigẽdis nominibus debitoꝛis tutoꝛ de dolo, ⁊ lata culpa tenetur.
1 h.d. ¶ † No. quod in dubio pupillus preſumitur alit9 a tutoꝛe. Contra actionem conſequendam non ſufficit eſſe factum, niſi probetur a quo, vt l. ij. de condi. ⁊ dem. ⁊ l. cum ſer-
2 uus. de ver. ob. ⁊ ibi per Dyn. Sed reſpondeo in his, † que aliquis tenetur facere, ⁊ non poſſunt fieri ſine ſumptu, factum in dubio pſumitur ab eo, qui tenebatur facere, vt hic. In his vero in quib. nõ requiruntur ſumptus, procedunt contraria. Et per hoc dixi ſemel
3 in queſtione de facto Teſtatoꝛ † iniũxit quod faceret heres depingi quandam figuram in aliquo loco ſub certa pena, reperitur depicta ⁊ non apparet per quem. Reſpondeo quod in dubio preſumitur facta ab herede, qui tenebatur facere. arg. huius. l. in fi.

ADDITIO.

a POMA. ¶ Nomina. Vide Imol. conſil. lxxv. ⁊ Ro. ccccxiij. in vij. dub. vbi loquitur etiam in nego. ge. ⁊ ibi ponit quid iuris quando tales haberent rem communem cum pupillo. Et ad declarationẽ huius l. ⁊ ſimilium vide plene Ang. cõſi. cccxj. vbi plene ponit, qñ alicui poſſit imputari, quod non exegerit nomina debitoꝛum.

LEX III.

SI curatoꝛ. Minoꝛ poteſt eligere an petat emptum ex pecunia ſua, an petat pecuniam. hoc dicit.

LEX IIII.

EVm qui. Ex eo quod minoꝛ conſequitur a tutoꝛe indiſcrete a paterna hereditate abſtinente, non poteſt a creditoꝛib. conueniri. h.d.

LEX V.

OMnes tutoꝛes. Si plures habent vnam cauſam, omnes apud eũdem iudicem ſunt vocandi. h.d.

LEX VI.

CUm interdicte. Et eſt in electione minoris approbare venditionem indebite factam, ⁊ pretium iuſtum a tutorib. petere, ⁊ poteſt prius conuenire tutorem vendentem, ⁊ poſtea alios conuenire, nec eſt hoc a principe impetrandum, quia a iure communi conceditur. h.d. ¶ No. quod prece fruſtra petitur quod de iure communi conceditur, ⁊c.

LEX VII.

QUicquid. In actione tutele, ⁊ vtili nego. geſt. venit dolus, lata culpa, ⁊ leuis. Habes hic vnam queſtionem, quam vide, quã habes hic, ⁊ habuiſtis. ſ. de admini. tut. l. pupillorum. Et ibi etiam gl. hic tamen tractatur per Cy.

LEX VIII.

TUtores. Actio tutele non preſcribitur lõgo tempore. h.d.

LEX IX.

TUtorem. Actio tutele competit contra tutorē non contra eum, cui tutor indemnitatē promiſit, hoc dicit.

LEX X.

a **SI defunctus.** [a] Que tutor queſiuit, in dubio ex bonis pupilli queſiuiſſe non preſumitur. h.d.

ADDITIO.

a ALEX. ¶ Si defunctus. Ad iſtum tex. adde l. ſi creditores. in fi. de ſepara. bon. facit ad ea que dixi in l. diuus. de bonis damna. ⁊ vide per Bal. in c. j. de contro. inter. do. ⁊ vaſa. in vſib. feud. POMA. ¶ Si defunctus. Uide ad iſtam l. ſi defunctus alleg. per Fel. i c. ſcribã. de preſum. ⁊ vide Are. conſi. xxxj. ⁊ Alex. conſi. lxxxij. volu. ij. vbi dicit regulariter, quod licet aliquis adminiſtret bona alicuius, quod tamen non preſumitur ex bonis eius acquiſiuiſſe. ⁊ conſi. xiij. in fi. vol. iij. ⁊ xl. eo. vol. vide etiã Prep. in ti. de feu. guar. P. PAV. P. ¶ Si defunctus. Sed expone etiam ſi probaretur ipſum tutorem a principio, quãdo cepit adminiſtrare, nihil habuiſſe, etiam ſi emeret nomine pupilli, vide Com. conſil. lxviij. inci. caſus talis eſt. poſt prin. tamen in hoc quod probetur ante fuiſſe pauperem, contrarium tenet late Ro. conſil. cccxlvj. Uide quomodo debeat concordari. que ſcripſi in l. ij. ſ. pro ſocio. Contra tamen deciſionem hic poſitam faciunt que dicit Bar. poſt gloſſ. in l. ſi vero. in prin. ff. qui ſatiſ. cog. ꝙ in dubio quis non preſumat idoneus facultatibus, licet alio modo preſumatur idoneus, ⁊ habilis. Item ꝙ diſpoſitio huius legis habeat locum etiam in iudice, vide Alex. conſi. dlx. Item regulam huius legis limita procedere poſt redditam rationem adminiſtrationis per tutorem, ſecus ante. Uide Aret. conſi. xxxj. vbi allegat Bald. ad hoc. Item pro iſta regula vide Jo. de Ana. conſi. lxv. in ſecundo dubio. vbi ſub dubio tamen dicit quod forte non admittatur probatio in contrarium.

LEX XI.

TUtor. Continuata adminiſtratio poſt finitam tutelam venit in actionem tutele.

LEX XIII.

a **VEteris iuris.** [a] Hec eſt bõa lex, breuiter h. d. Cõfeſſio tutoris erronea circa patrimonium pupilli, ſibi non preiudicat, niſi in in-
b uentario ſcribi fecerit, [b] tunc enim probatio in contrarium non admittitur. h.d. ¶ No. hunc caſum, quando tutor ponit in inuẽtario quod ſibi preiudicat.

ADDITIONES.

a ALEX. ¶ Ueteris iuris. Ad intellectũ huius l. vide ꝙ no. Bal. in l. teſtium. ſ. de teſtib. ⁊ hoc eſt ſpeciale fauore minoris, ſecundũ Bal. in prin. plus vale. quod agi. Hic tamen quod ſi Pretor vidit dãnoſã eſſe remiſſionẽ inuentarij, nõ ſequetur voluntatem, vt in l. in confirmando de confir. tut. ⁊ an inuentarium heredis poſſit remitti per teſtatorem, vide late per Bal. in l. fi. ſ. cum igitur. j. de iure deli. Adde ad hanc legem videndum Bal. cõſi. cclxxiij. li. ij. An. Sicul. conſi lxix. in ij. vo. Jo. And. in addi. ad Spec. in tit. de inſtr. editione. ſ. dicto. circa prin. Quo vero ad apoſtillam. vide Ang. cõſi. clxxv. POMA. ¶ ADDE Hunc apoſtil. ibi quod no. Bald. ⁊ ita vult gl. hic. cui addo gl. in l. conficiuntur. ff. de iure. codicil. a me ponderatã circa quod vide Bar. conſi. ccxxix. Ro. conſ. cij. ⁊ Jmo. conſi. lxxv. P. PAV. P. ¶ Ueteris iuris. Dum dicitur in iſta lege quod inuentarium probat contra tutorem, vt nõ admittatur probatio in contrarium Jac. de Are. ⁊ albe. ⁊ Bal. hic intelligunt procedere. in reb. mobilibus, ſecus in immobili. Et ſequitur Bal. conſ. lxxxv. vol. iij. Contrarium tenet Sali. hic, ⁊ ita vult Bart. conſi. ccxxxix. inci. proponitur quod Acholus. in j. vo. de quo. j. Item iſtã legem limitat Jo. And. in addi. Spe. ti. de inſtr. editio. ſ. fi. in prin.

Item in additione inci. Ubertus de Bobio. niſi eſſet error acerrimus, quia conſtaret defunctus prius alteri vẽdidiſſe, qui dicit ita velle Ubertum de Bobio in hac l. fi. ⁊ Jo. an. refert ſimpliciter lex. in apoſtil. ad Bal. in hac lege. Et bene facit pro hoc, quia ideo non poteſt probari contrarium in caſu huius legis oritur preſumptio iuris, ⁊ de iure. Sed contra talem preſumptionẽ admittitur probatio per notata per Fel. in c. quanto. de preſũ. Habes in ... ſed iam neceſſe ad Bar. C. de do. ante nup. per inſtrumentum ... ſit notorium, vt per Bar. ⁊ alios in l. j. ſ. itẽ ſolent de off. prefe. ... dicit ꝙ non iuuat proteſtatio tutoris. Contrarium vult. Odof... in fi. Sed Bal. hic tenet idẽ ꝙ Bar. Uide Alex. in apoſtil. ad ... hic. Sed Bal. in d. ſ. item ſolent. aliter loquitur. Et ſi poſſideret ... alienã iam ipſe teneatur pupillo conſignare rem, vide Bar. de q... ſ. ⁊ Bal. in d. cõſi. ⁊ hic ⁊ Bal. ⁊ Alex. poſt Jac. de Are. ⁊ Sal...
b P. PAV. P. ¶ Scribi fecerit. Uide, ⁊ declara vt per Barto. con... ccxxxix. incip. proponitur. in j. vo. ⁊ amplia vt per Bar. in l. j. ſ. ... ſolent. in fi. ff. de offi. prefecti. vrb.

ſ. Illo etiam Tutor non poteſt adminiſtrare, ... facto inuẽtario ſibi determinatur ...
a miniſtratio, niſi per teſtatorem fuerit remiſſum [a] ⁊ tutor qui non ... cit inuentarium remouetur vt ſuſpectus. De quo dic vt l. ... ff. de ſuſpec. tut. h.d.

ADDITIO.

a P. PAV. P. ¶ Fuerit remiſſum. Pro limitatione huius ... poſſit remitti confectio inuentarij, vide omnino Ang. con... inci. reuocatur in dubium. ad fi. Item no. quod licet in pre... legatariorum poſſit teſtator remittere, non poteſt tamen ... re in preiudicium creditorum. Uide Alex. conſ. lxxxij. ad fi. ... Item de hac materia an poſſit remitti confectio inuentarij, ... Alex. conſi. lxij. in prin. in iiij. vol. Are. conſi. xxij. per Bar. ⁊ alios ... l. nemo poteſt. de leg. j. vbi concludit quod licet poſſit remitti, ſi tamen iudici videatur vtile filijs non ſeruare talem remiſſionem, faciat inuentarium conficere. Et ſequitur Are. in d. conſi. xxij. ⁊ Alex. in d. conſi. lxij. Et ad Bart. in l. in confirmando. ff. de confi. tu. ponit alia circa confectionem inuentarij habes in l. fi. C. de iure delib. ad bar. Et quod licet poſſit remitti confectio inuentarij tutori, ſecus tamen ſit in vxore vſufructuaria. Uide que habes in Berta. in verbo vxor vſufructuaria. Et quod non attendatur talis remiſſio quando aliqua cauſa ſubeſſet, ⁊ quid in herede, vide Jaſ. in l. cum neceſſitatem. C. de fideic. Alex. conſi. xl. in ij. vo. vide bol. in repetitiõe huius legis ſi. qui vult inter alia quod quando teſtatur nedum remiſit, ſed expreſſe prohibuit confectionem inuentarij, tunc non poſſit recedi ab eius voluntate. De quo vide late do. Jo. de Monte Ferrato in l. nemo poteſt. vbi etiam declarat an ⁊ ex qua cauſa diſcedatur a voluntate teſtatoris.

De diuidenda tutela, & pro qua parte quilibet tutor &c. Rub. LII.

LEX I.

SI poſt finitum. Tutor nõ tenetur ... cto cõtutoris idonei ... pore tutele finite. h.d.

LEX II.

SI diuiſio Adminiſtratione nõ diuiſa, vel diuiſa a ſe ipſis, quilibet tenetur in ſolidum ...
a diuiſa a teſtatore vel iudice [a], quilibet tenetur pro parte ſua, niſi in caſibus hic expreſſis. h.d. Materiam iſtam plene ... naui ſ. de tranſa. l. j. ⁊ ibi dixi.

ADDITIO.

a P. PAV. P. ¶ Uel iudice. vide Ang. conſi. xxj. inci. ſer Jo.

LEX III.

LIcet tutorem. Prius cõueniendus ... rens, quam is, qui nõ ... hoc dicit.

De in litem iurando. Rub. LIII.

LEX I.

ADuerſus. Aduerſus heredes tutoris iuratur in litem ob dolum ſuum tantum. Item ob dolum tutoris verum non preſumptum ... tutore lis fuerit conteſtata. h.d. totus titulus.

De hæredibus tutorum. Rub. LIIII.

LEX I.

HEredes. Tutoris heredes tenentur de dolo ⁊ lata culpa, etiam non gerentis, vel a ſe non exigẽtis: ⁊ de dolo ſuo proprio, hoc dicit totus titulus.